D. AVRELII
AVGVSTINI
HIPPONENSIS
EPISCOPI OPERVM
TOMI QVINTI
PARS SECVNDA.

Qua reliqui x. Libri DE CIVITATE DEI nunc demum veterum codicum collatione & fide caſtigatiſſimi facti, atque doctiſſimi viri LODOVICI VIVIS, eruditiſsimis Commentariis illuſtrati, continentur:

Cum Indice, hac poſtrema editione caſtigatiſſimo ditiſſimóque facto.

De la libreria de San Cayetano de Salamanca

LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Honoratum.

M. D. LXXX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

DIVI
AVRELII AVGVSTINI EPISCOPI AD MARCELLINVM DE CIVITATE DEI

LIBER XIII.

De lapſu primi hominis, per quem eſt contracta mortalitas.

CAPVT I.

EXpeditis de noſtri ſeculi exortu, & de initio generis humani difficillimis quæſtionibus: nunc iam de lapſu primi hominis, imò primorũ hominũ, & de origine ac propagine mortis humanæ diſputationem à nobis inſtitutam rerum ordo depoſcit. Non enim eo modo quo angelos condiderat Deus, ita condidit & homines: vt etiam ſi peccaſſent, mori omnino non poſſent: ſed ita, vt[a] perfunctos obedientiæ munere, ſine interuentu mortis angelica immortalitas & beata æternitas ſequeretur: inobedientes autem mors plecteret damnatione iuſtiſsima; quod etiam in libro ſuperiore iam diximus.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI IN TERTIVMDECIMUM librum de ciuitate Dei, D. Aurelij Auguſtini Commentaria.

a PErfunctos obedientiæ munere.] *Statutũ vnicuique viuendi ſuper terram fuiſſet tempus, quo abſoluto guſtatóque ligno vitæ confirmata fuiſſet natura, tranſlatóſque in cœlum immortalitas conſecuta. Hic multa quærun-*